

www.e-rara.ch

**Ad illa, quae forte adversus ... conclusiones opponuntur, respondebit
in aula medicorum, proximo die Iovis, qui erit huius mensis
vicesimusquartus, M. Iohan. Nicol. Stupanus, Rhetus**

Stupanus, Johann Niklaus

[Basel], 1569

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-14353>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

AD ILLA, QVAE FORTE ADVERSUS HASCE

conclusiones opponuntur, respondebit in aula Medicorum, proximo die Iouis,
qui erit huius Mensis uicesimusquartus,

M. Iohan. Nicol. Stupanus,
Rhetus.



Edicina est scientia salubrium, infalubrium, & neutrorum, communius uidelicet scientiæ nomine sumpto, quam alioquin propriè à philosophis usurpari consueuerit.

II. Medicus tali ornatus scientia, eam usurpabit, cum ad conseruandam præsentem sanitatem, tum ad amissam recuperandam.

III. Atq; hæc duo ita sunt inter sese affecta, ut neq; sanitas conseruari possit, sine cognitione eorum quibus corrumpitur, nec morbi curari, absq; sanitatis notitia, queant.

IIII. Est autem sanitas quidem, corporis constitutio secundum naturam, integritatis actionum effectrix.

V. Causæ uerò quæ illam necessariò immutant atq; corrumpunt, aliæ quidem ab ipsis generationis nostræ principijs originè ducunt, ut siccitas quæ ætatis cursu ducit ad interitum: aliæ uerò ex ijs dimanant, quibus ad corrigendâ uitia, à priori causarum genere illata, utimur, ut excrementorum generatio.

VI. Quo fit, ut omne sanitatis tuendæ studium, cum in resarciendo eo quod quotidie diffluit, tum in corpore puro ab excrementis conseruando, uersetur.

VII. Sanitatis contrarium morbus est: atq; interdum quidè in solis consistit similaribus partibus, quandoq; in solis instrumentarijs, nonnunquam in utrisq;.

VIII. Ac similes quidem corporis nostri partes, quoniam temperiei ratione ualent, tot sanè morborum generibus obnoxia erunt, quot modis uitari temperiem hanc contingit.

IX. Quare octo erunt in uniuersum earum morbi, quatuor nempe intemperies simplices, & totidem compositæ.

X. Causæ uerò eorum partim internæ sunt, ut quæ *προκαταρχοντες* nuncupantur: partim externæ, ut quæ *προκαταρχοντες* Græcis appellantur.

XI. Eiusmodi sunt, quæ calidâ quidem intemperiem generant, causæ potissimū, motus, putredo, calidioris rei contactus, obstructio, alimentum calefaciendi facultate præditum.

XII. Frigidam itidem generant, uicinus frigidarum rerum contactus, eorum quæ intra corpus sumuntur qualitas & quantitas, dissipatio, otium & calor immodicus.

XIII. In siccam intemperiem incidit, qui tenui eoque sicciori natura alimento nutritur, & de cuius corpore multum diffluit: curæ item, uigiliæ, sicca aeris temperies, balnea & medicamenta exiccandi facultate prædita, corpora exiccant.

XIIII. Humectant cibi humidioris copia, copiosior potus, animi securitas, balnea aquarum dulcium, otium, aeris temperies humida, & medicamenta humectandi ui prædita.

XV. In omnium autem harum intemperierum curatione, cõmunis est medico intentio, ad id quod est dispositioni auferendæ contrarium.

XVI. Sed operandi ratio cùm alijs de causis uariatur, tum uerò maximè prout morbus, aut in toto corpore, aut parte duntaxat extiterit: & si in toto corpore, prout iterum, aut ipsius habitum uniuersum occupauerit, aut humores, aut spiritus,

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

M. D. LXIX.



Definitio in ex appropiis
apud Aristot. —
Scientia est forma materialis
in illi q. necessarius
fuit. —
Ergo M. St.

Corruptionis ratio
nō est principium
generationis —
Sed ratio post.
Elementa & partem
— post. in generatione.

Huius prior
primarium.
Et uultu uisus
—

12. Nicolai Stuyam. 1569.

ADVERSUS HÆRESI

Faint, mostly illegible text in the upper section of the left page, appearing to be a list or index of items.

Handwritten notes in the lower section of the left page, including the number '148' and the date '1571'.

ADVERSUS HÆRESI

Faint, mostly illegible text in the upper section of the right page, appearing to be a list or index of items.

Faint, mostly illegible text in the lower section of the right page, appearing to be a list or index of items.